

ut restantur Arcadius, Suarez, Candidus, & alii. Item idem Gregorius concessit ut Abbates, qui asserunt se habere privilegium confirmandi a Sede Apostolica, id agant cum consensu ordinarii, ut testatur ex Armendariz Barbosa, de potestate Episcopi, Allegat. 30. num. 5. Unde Concilium Senonense supponit Abbates posse confirmare ex privilegio Sedis Apostolicæ, ut supra ostendimus, id quod etiam Sacra Congregatio Cardinalium interpretum Concilii, circa sess. 7. declaravit. Immo Aversa q. 73. sess. 5. concl. 2. asserit quod in Italia Abbas Sanctæ Barbaræ Mantuanus, facultatem a Sede Apostolica habere dicitur hoc sacramentum administrandi.

93 Dico secundo, Episcopus non potest committere Presbyteris ut conferant, sed jure divino id soli Romano Pontifici reservatum esse.

Probat per eam dispensationem aliquando simplices sacerdotes confirmaverunt, clare insinuans, id nec concessum fuisse ab aliis Episcopis, nec valere, si concederetur. Item si Patres Concilii Florentini non supposuissent tanquam certum, Presbyteros non posse ex sola commissione Episcopi confirmare, non proposuissent sess. 25. Grecis illam questionem: Car non Episcopi, sed Sacerdotes inaugurant sacro Chrismate? Ergo, &c.

94 Probat per eam dispensationem aliquando simplices sacerdotes confirmaverunt, clare insinuans, id nec concessum fuisse ab aliis Episcopis, nec valere, si concederetur. Item si Patres Concilii Florentini non supposuissent tanquam certum, Presbyteros non posse ex sola commissione Episcopi confirmare, non proposuissent sess. 25. Grecis illam questionem: Car non Episcopi, sed Sacerdotes inaugurant sacro Chrismate? Ergo, &c.

95 Probat per eam dispensationem aliquando simplices sacerdotes confirmaverunt, clare insinuans, id nec concessum fuisse ab aliis Episcopis, nec valere, si concederetur. Item si Patres Concilii Florentini non supposuissent tanquam certum, Presbyteros non posse ex sola commissione Episcopi confirmare, non proposuissent sess. 25. Grecis illam questionem: Car non Episcopi, sed Sacerdotes inaugurant sacro Chrismate? Ergo, &c.

96 Confirmatur: Cum nullum esset decretum Summi Pontificis, prohibens Episcopis ne conferant simplici Sacerdoti hoc privilegium, si jure divino illud concedere possent Episcopi, non esset cur illa potestate aliquando non usi essent: Ergo eam nunquam legatur, Presbyteros ex Episcopi iustissime confirmare, sed tantum ex Sedis Apostolicæ privilegio, signum est, quod ex Christi institutione descendit, quod solus Summus Pontifex, ob suam plenitudinem potestatis, potest conferre simplicem Sacerdotem ministrum extraordinarium Confirmationis, sicut solus Summus Pontifex, non autem Episcopus, potest committere Presbytero, ut conferat minores Ordines.

S. II.

Supponunt objectiones.

97 Obijciunt primo contra primam conclusionem: Eusebius, & Innocentius IV. articulo precedenti relati docent sacramentum Confirmationis non posse unquam ab aliis conferri, nisi a Summis Sacerdotibus, seu Episcopis; idemque habet Melchisedas in Epistola decretali ad Episcopos Hispanie. Item Innocentius III. cap. 4. de consecratione, constituit ut fideles potius careant sacramento Confirmationis, quam ut a Presbyteris illud acciperent: At si potuissent Presbyteri ex commissione Summi Pontificis confirmare, id debuissent potius Summus Pontifex ipsi concedere, quam privare fideles illo sacramento: Ergo non possunt Presbyteri ex commissione Summi Pontificis sacramentum Confirmationis conferre.

98 Respondeo quod quando tres primi Summi Pontifices asserunt solos Episcopos posse sacramentum Confirmationis conferre, loquuntur de potestate ordinaria; non negant tamen id posse Presbyteros de potestate extraordinaria, & ex commissione Summi Pontificis. Adde quod, cum Pres-

byteri Chrismate duntaxat ab Episcopo confecto confirmari possunt, Episcopi etiam tunc manu Presbyterorum confirmare videntur.

Ad decretum vero Innocentii IV. dicendum est, Pontificem loco citato solum declarasse, factus esse carere Confirmatione, etiam in necessitate, quam illam petere a Sacerdotibus nonnullis; qui licet non haberent ad hoc speciale commissum Sedis Apostolicæ, sua tamen tenentate confirmabant, pretendentes consuetudinem.

Obijciunt secundo: Si Summus Pontifex potest facultatem confirmandi concedere simplici Sacerdoti, vel id potest ratione potestatis ordinis, vel ratione potestatis jurisdictionis? Non ratione potestatis ordinis: omnes enim Episcopi, æqualem potestatem ordinis habent cum Summo Pontifice, & tamen non possunt hanc facultatem concedere simplici Sacerdoti. Neque ratione potestatis jurisdictionis: Tum quia confirmare non dependet a potestate jurisdictionis, sed ordinis; proindeque nec potestatem concedere ad confirmandum: Tum etiam quia alius potest Summus Pontifex, antequam esset consecratus in Episcopum, quando solum electus est, facultatem illam concedere, quod tamen videtur falsum, quandoquidem ipse non potest tunc confirmare: Ergo, &c.

Confirmatur: Si potest Summus Pontifex facultatem confirmandi concedere simplici Sacerdoti, etiam illam poterit conferre Diacono, cum neuter habeat ipsam ordinem Episcopalem: Sed hoc secundum non potest, ut communitur docent Theologi: Ergo nec primam.

Ad objectionem respondeo, Summum Pontificem posse concedere simplici Sacerdoti facultatem confirmandi, ex plenaria potestate jurisdictionis quam habet in tota Ecclesia. Ad primam probationem in contrarium dico quod licet confirmare non dependeat a potestate jurisdictionis, quando potestas ordinis ad confirmandum est completa & perfecta, qualis est potestas Episcopalis; dependet tamen a suprema jurisdictionis potestate in Summo Pontifice existente, quando est, sicut potestas simplicis Sacerdotis, incompleta ad illum effectum. Ad secundam probationem, concedo sequelam, licet enim Summus Pontifex rite electus, nondum tamen Sacerdos, non potest confirmare, quia confirmatio est actus ordinis, potest tamen simplici Sacerdoti potestatem conferendi committere, quia ista commissio est solum actus jurisdictionis: Sicut Episcopus electus, & confirmatus a Papa, nondum tamen ordinatus Sacerdos, potest sacerdoti dare facultatem audiendi confessiones, quas ipse audire nequit.

Ad confirmationem nego sequelam Majoris: operatio enim sacramentalis in corpus Christi mysticum procedere debet ab habente potestatem in corpus Christi verum, quam tamen non habet Diaconus quandoquidem nequit consecrari: Unde D. Thomas in 4. dist. 7. q. 3. art. 3. questio. 3. Promovere ad illas perfectiones quæ non respiciunt corpus Domini verum, sed solum corpus mysticum, potest a Papa qui habet plenitudinem potestatis potestatis committere Sacerdoti, qui habet actum summum super corpus Domini verum, non autem Diacono, vel alicui inferiori, qui non habet potestatem corpus Domini verum, sicut ne absolvere in foro penitentiali.

Obijciunt tertio: Sine ministro instituto a Christo non potest perfici sacramentum; minister enim non minus est de integritate, vel saltem de necessitate sacramenti, quam materia & forma: Sed minister Confirmationis a Christo institutus, non est simplex Sacerdos, sed Episcopus: Ergo non nisi ab ipso, & non a simplici Sacerdote, potest aliquando hoc sacramentum conferri.

Respondeo, concessa Majori, negando Minorem, licet enim solus Episcopus habeat ex institutione Christi esse minister ordinarius Confirmationis, habet tamen ex eadem institutione simplex Sacerdos, ut minister extraordinarius illius officii possit, per commissionem Summi Pontificis.

Dico, collata hæc commissione simplici Sacerdoti, vel per potestatem ordinis habet quod potest confirmare, vel per potestatem jurisdictionis: Non per potestatem ordinis, alius cum per commissionem hanc nullum ordinem recipiat, idem potest absque commissione. Neque per potestatem jurisdictionis, alioquin id posset laicus, utpote qui cuiuscumque jurisdictionis est capax: Ergo, &c.

Respondeo, simplicem Sacerdotem, commissione non firmam a Sede Apostolica obtenta, posse consequenter confirmare per potestatem ordinis, ut notantem tamen talem commissionem, subindeque & potestatem jurisdictionis suprema, in Summo Pontifice: ex quo fit, quod licet laicus sit capax cuiuscumque potestatis jurisdictionis, non tamen potestatis confirmandi, etiam ex commissione Sedis Apostolicæ.

Obijciunt quarto contra secundam conclusionem. Quidquid potest Papa in tota Ecclesia, potest Episcopus in sua diocesi: Ergo sicut Summus Pontifex potest dispensare cum simplici Sacerdote, ut Sacramentum Confirmationis conferre possit in tota Ecclesia, ita & Episcopus, ut illud conferre valeat in sua diocesi.

Respondeo distinguendo Antecedens: Quidquid potest Papa in tota Ecclesia, potest Episcopus in sua diocesi, quoad ea que

es que potest Pontifex ratione ordinis seu consecrationis Episcopalis, transeat Antecedens. Quoad ea que potest ratione jurisdictionis, nego Antecedens. Committere autem simplici Sacerdoti officium confirmandi, non ordinis, sed jurisdictionis est, quam in Ecclesia habet supremam Pontifex Romanus. Dixi transeat Antecedens, quia non improbabile aliquid dicunt, in consecrationis summi Pontificis magis extendi characterem ordinis, quam in consecratione Episcopi, subindeque in summo Pontifice characterem ordinis esse altioris gradus & excellentie ad characterem Episcopalem.

Obijciunt ultimo: Presbyteri Greci sacramentum confirmationis administrare solent, quod confectum quarto seculo incepit, ut probat Vericelli de Apostolicis ministeriis tit. 7. q. 130. Sed id tunc temporis non praestabant Sacerdotes Greci ex commissione Romani Pontificis, cum tale privilegium non appareret: Ergo id ex commissione solius Episcopi facebant.

Respondeo negando Minorem, nam ut ait Vericelli loco citato Romani Pontificis, vel expresso privilegio, quod temporum injuria non apparet, vel approbativa tolerantia, consenserunt Grecos Presbyteros, baptizare & confirmare infantes. Quod autem Sedes Apostolica consenserit expresse vel tacite, probat, quia Sedes Apostolica, antequam ab ea desiceret Oriens, annuatim christina mittere solita erat Constantinopolitanis, ut restatur Arcudius in concordia Ecclesie Occidentalis & Orientalis, lib. 2. cap. 9. Ergo non est verisimile, Romanum Pontificem a suis Apostolicis non fuisse certioratum ejus more Grecorum Presbyterorum confirmandi infantes; quare vel expresse concessit, vel tacite, nam facillime negotio potuisset tunc prohibere; cum enim Constantinopolitanis tantam reverentiam tunc deferret Romane Ecclesie, ut ab ipsa peterent sacrum christina, quod poterant ex ordinis potesta-

te ipsimet consecrare: quanto magis obsequentes fuissent; & abstinentes Presbyteri a conferendo sacramento confirmationis, quod sine licentia Romani Pontificis invalide ministrasset: at solita benignitate Romana Sedes id indulget Grecis, ut ita facilius a perniciosa illa consuetudine baptizandi in adulta ætate recederent, prout recesserunt. Eandem Ecclesie Græcæ consuetudinem tacite approbasse videtur Eugenius IV. & Concilium Florentinum sess. 25. ubi cum Eugenius (ut supra retulimus) undecim questionibus Græcis proposuisset, inter quas sexta erat: Cur non Episcopi, sed Sacerdotes inaugurant sacro chrismate, cum hoc Pontificibus sit datum? addit in fine Concilium, Hæc a Latinis objecta, Mytilenensis Presul, legitime, & secundum Canones, omnia dissolvit, præterquam duas, videlicet separationem matrimonii quoad vinculum, & creationem Patriarchæ extra Constantinopolim: Ergo tacite Eugenius cum Copelito approbavit ritum Græcum confirmandi per Presbyteros.

Dico: Innocentius III. in c. Quanto de consuetudine, prohibuit ne Presbyteri Constantinopoli commorantes confirmarent infantes. Idem prohibuisse omnibus Presbyteris Græcis Innocentium IV. fatetur Arcadius lib. 2. c. 15. Ergo Ecclesia Romana, nec expresse, nec tacite approbavit ritum Ecclesie Græcæ confirmandi per Presbyteros.

Respondet Arcudius, Innocentium III. prohibuisse solum Latinis Presbyteris Constantinopoli commorantibus, ne confirmarent infantes: Bullam autem Innocentii IV. non fuisse publicatam a Pontifice Legato.

Sed quidquid sit de hoc, melius responderetur cum Vericelli citato, quod est aliqui Pontifices id prohibuissent Græcis, tamen cum Eugenius IV. in Concilio Florentino approbaverit ritum Græcorum, revocavit quoad hoc consuetudinem Innocentii III. & IV. qui per ducentos fere annos Eugenius III. præcesserunt.

TRACTATUS QUARTUS DE SACRAMENTO EUCHARISTIE.

Ad Questionem 73. D. Thomæ, usque ad 84.

P R E F A T I O.



TSI nullum Religionis mysterium sit, quod non merito ingens amoris miraculum nuncupare liceat; adeo tamen cetera superat unum Eucharistia sacramentum, adeoque insolita, & stupenda completitur, ut potiori jure inter amoris miracula summum, ultimus amoris conatus quo vires suas experiri voluit, utinamque meta dici possit, & quo Salvator (ut Trid. sess. 13. cap. 2. inquit) sui amoris divitias omnes effudit. Non miror quæ a sanctis Patribus in hujus sacramenti commendationem plurima congesta sunt, neque supra verum est quod jam inter prima nascentis Ecclesie initia Martyr Ignatius scriptis esse antiodotum mortis, pharmacum immortalitatis: quod postea Hieronymus, omnium novitatum novitatem esse: quod Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, esse arcum laninum: quod Damascenus, esse officium miraculorum: quod Græci Patres Sabua Samaritanæ & quæcunq; ut so-

let, Bernardus, Sanctum Sacramentum, Sacramentum Sacramentorum, amorem amorum, dulcedinem dulcedinum; & iterum cum in sponsam compellat, Gratulatur Sponsa, gaude incomparabiliter gloriosa & amabilis Sponsa. In terra sponsum habes in sacramento, in calis habitura es sine velamento. Et hic & ibi veritas, sed hic palliata, ibi manifesta. Multo plura exegit Mattheus Veritasiesia, dum ita præloce Sacram Eucharistiam his nominibus nuncupat: Redemptiois memorialiter, pignus hereditatis æternæ, futura jucunditatis amabile præhodium, arria Sponsæ, jocule divinum cælitus est donatum, Ecclesie militantis cum triumphante suave glutinum, & unio fraterna, dum eam dulcedinem qua illa fruitur sine velamento, ista habet sub sacramento; & si illa cælitis Jerusalem habet Deum suum jucundissimum, ista in terra militans habet eum mirabilissimum: Unde pio cum Cardinali Turresemata in episcopo de divinissimo Eucharistia Sacramento, non ita pridem reperio exclamare licet: O caritas Christi omni admiratione major! Siquis porcorum vix digni sumus, & Angelis commensales & convivæ facti sumus; panem enim cæli dedit eis; panem Angelorum manducavit homo. Nec solum nobis panem omne delectamentum in se habentem porrigit, sed quod non sapore defestat oportet, suus in hominum convivæ deliciis amor constituit, Constituantur Domino misericordie ejus, & mirabilia ejus filijs hominum. Quid tibi o anima potuit de calorum vertice stillari suavis, vel porrigi delectabilis; quam quod universonum Dominus, totius boni fons & plenitudo, deliciis arbitretur suas esse cum filijs hominum? O dura & obdurata corda filiorum Adam, gelida proflus eorum pectora, qua tanto amoris incendio non incendantur, & liquefunt! Sed eam omnem commendationem, si quis ceteris excogitanda reliqua sit, mihi videretur Tridentinum hoc uno verbo complexum fuisse, amoris sui divitias omnes in hoc Sacramento Salvatore effudit. Unde festivo quidam dixit: hic Hercules divinus amor potuit, fixitque columnas, & dixit, non plus ultra: scilicet excurrit quantum potuit divinus amor, & cum ultimam metam, extremamque limitem in Eucharistia Sacramento attingit, spatii magnitudinem & cursus velocitatem miratus ac penè stupens stetit, postisque columnis dixit, non plus ultra.

Sane est quod post hujus sacramenti institutionem & usum aliud Ecclesia desideret: habet in uno cibo integram hereditatem, ut illud Isaac varietinum impletum sit: Cibabo te hereditate Jacob. Hic enim divina Eucharistia cibus; una hereditas est a novissimo jamjam, & testamentum condente Christo Ecclesia constituta, ejus vacuum, nequamque imaginem cumularum felicitate Jacobum, Isaac patrem existimabat. Ita enim Isaac præcedens cum jam suis votis, & Jacobi filii felicitati, nullam mensuram adhiberet, sed divitias omnes & cæli, & sibi effundendas & congestas protuleret: Det tibi Dominus de rore Cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini, Sed quid roris & cæli, & viscerum terræ pinguedine abundantia significet, si ad Ecclesiam referatur? Non est adeo difficultis hujus figura explicatio, ut divinatione opus sit: ubi vini & frumenti mentio inclit: Sed ut hujus vaticinii mysterium sume detegam, Isaac alim Divini Verbi personam, non alio quam roris nomine, miranda postulabat: Rorate cæli deluget: nec alia terra fecundiora est, quam beata Virgini, quam idem Vates aperiri, & insar gemitis parvire Salvatore paratabat: Aperiat terra, & germinet Salvatorem, Cum igitur Eucharistia sacramentum, Angelorum, Theol. Gonet, Tom. V.



quam, forelumpi panis, animarum cibis, divinitatem omnem, quanta quanta est. Divini Verbi personam, & humanam, quem Christi habet; integra est, qua nec major esse unquam potest in uno cibo Ecclesia heretica, cuius sola imagine solum esse Jacobi alim existimabat, & quam omnino cum vestra commistisse. Sed hic cibis refectendis animis debeatur, nec quis reverentius vult homo, nec alio remedio expellendum erat infusum ascribitis antiquum virus: unde variis ad Solvendum lib. 1. operis Paschalis, hoc carmine Christum compellat.

Qui perentem hominem, vestri dulcedine pomi, Instauras meliore cibo, potaque sacrați Sanguinis, infusum depellis ab angue venenum,

Longum esse plura hic praesequi, & me dicitur in limine distinerens, si colligerentur qua hinc inde, ut necesse foret, sapienter spargam. Sed hoc pauca praeterire non potui, ut illorum manibus Divinitatem Eucharistiam attingerem, & in divina mysteria temere irrare viderer; sed ut demisso animo & post salutatum & adoratum in limine numen, non accedere, ea Praesentia resisterem.

Sed antequam hinc abeam, unum mihi addendum est, ut ubique saepe, quod ad Angelici mei Praeceptoris commendationem scribit. Non solum in (AMICE LECTOR) cum in Praesentatione Tractatus de attributis, Ecclesiam cum paradiso terrore contemti, capite universam faciem, instar sancti, in quatuor capita divisi, D. Thoma Summa veluti effusae aquae rigor. Sed alterum est quod cum collationem illustret; Eucharistia sacramentum esse arboris vitae in medio Paradisi exstantiam; & D. Thomam Chrysostrum, cui hujus arboris custodia demandata est. Id Testimoniis Patris in eo Manuilo, quo D. Thoma Sacra Religioa celebratur, egregie expresserunt, ubi infra deauratam imaginem, adeo recte elaboratam, atque ad vivum expressam, ut in ea sese ars mirari possit, & nihil praeter vocem desesse putes, qua Angelicus Doctor ita representatur, ut altera manu sacram Eucharistiam, altera gladium versatilem, & flammam habeat, hi versus adipsi sunt.

Ex Evangelii folio Cherubinus Aquilae Vitalem igitur protegit ensē cibum.

Et sane uni D. Thoma, e ceteris omnium scholarum Doctoribus, Sacra Eucharistia curam & custodiam veluti demandatam, & ab eo luculentius, & validius hoc sacramentum & explicatum & defensum fuisse, adeo nemini dubium est, ut extraneos atiam esset in hujus rei fidem producere licet. Ita enim Jacobus Grandae, Societatis Jesu, controversia sexta de Eucharistia, in Praesentatione cap. 4. scripsit: Inter omnes Theologos Scholasticos principum locum obtinet S. Thomas, Angelicus Doctor, huic Angelorum patri devotissimus ita ad sacramentum hoc cognoscendum, explicandumque divino lumine percussus, ut propterea quae de Eucharistia distavit, illam Servatoris nostri laudem his meruerit: Bene scripta haec sunt. Et Ecclesia universa volens in hujus almi Sacramenti honorem, sollempnissimum festum instituit non alio officio, quam eo quod Sanctus Thomas ordinavit, celebrare decrevit: haec ibi citatus auctoribus subiungit. Quare si in aliis omnibus disputationibus Theologicis, in hac certe, peculiari studio mentem Sancti Thomae & attingere, & declarare, illiusque sacris vestigiis insistere, Deo juvante conabimur.

Hac omnino a me dicta esse velim intelligi (AMICE LECTOR) Quid enim, si extranei ita sese Divo Thoma adhaerere esse profiterentur, ab ejus doctrina vel latum unguem recessurus de discipulis tibi statendum putas? Sane verissimo factus, si ita dixerit: id quidem extranei omnes pellicentur, sed id soli Discipuli implent.

Ceterum cum hac insensibilis christianissimi & strenuissimi regni habeat, ut necibus inter Ecclesia fideique hostes, Calvini, versemur (quomodo plures inter praecipuos & Antesignanos in suam Ecclesia quotidie redeant, & spes sui haereticum, quae pene vires nullas habet, brevi omnino extinguentur) quibusvisque necesse sit sapienter in controversiam venire, & Eucharistia veritatem realeque Christi praesentiam sub speciebus Eucharisticis quam negare conpugnare, & opera pietatis existimari, & rem Theologiae perutilem si in ipso hujus Tractatus limine Disputationem praemitterem, qua veritatem hujus Sacramenti valide defendere non inde veluti ex Panoplia refertissima, Lector argumenta omnia deponam qua ex Scriptura, Conciliis, Patribus & Theologicis principibus deduci solent ad Seditionum errores resellendos, & Ecclesia Catholica fidem propugnandam: & cum praeterea possit hujus Tractatus assertio de vera & reali Christi praesentia in Eucharistia Sacramenti, quae ceteras longe superat, immo quam semper inter praecipua fides Christiana mysteria, tota antiquitas reposuit, aequissimum visum est, ut primum locum quem dignitate sibi vendicat, etiam ordine cbrineret.

Laudetur Venerabile Sacramentum.

DISPUTATIO PROOEMIALIS.

De Veritate Eucharistiae.

Contra Haereticos.



Um ex fide Eucharistia mirum in modum cultus Dei promovetur, spes erigatur fidei, & caritas incenditur, alique innumeris fructibus oriantur in Ecclesia, nihil mirum quod serpens invidus, haereticos adversus illam tam vehementer concitavit, tantisque adversus illam, his praesentibus temporibus, procellas excitavit, ut vix illum Doctrinae Christianae dogma, ter machinis, tamque perniciter fuerit appetitum, ut pie ac eleganter expendit Soto in 4. sent. dist. 9. quae de art. 1. ubi haec scribit: Hestis ille antiquus, qui ab initio mendax fuit, & pater mendacii, inter omnia orthodoxa fides Sacramenta, inaccessa hujus Sacramenti Magisterium & veritatem insensibilis est, quare nunquam non illam labefactare contendit. Etenim quomodo superbia ejus ascendit semper, se ut Deo cum primis invidet, quod tanta veneratione in hoc Sacramento colatur, & adoretur; & Sacerdotibus, quod ea donata sine facultate quam Angeli non meruerunt, ut creatas substantias in corpus & sanguinem Dei transformare valeant; & unctis sumuntibus, quod illae vires hic identidem resumant, quibus ejus nequissimus impulsus propulsus; & Ecclesia, quod eo pacis vinculo per hoc sacrum mysterium conglutinetur, quam ipse in celo & in terra perturbare conatus fuit; & quod per hoc demum vinculum, ad illam gloriam capefendam provehatur, de qua ille fuit suo merito deservatus.

Cum ergo praecipuum Catholicis Doctoris munus sit, fides Christianae dogmata contra impugnantem defendere, & haereticorum tela Catholicae doctrinae clypeo propulsante, eorumque sophismata diluere: priusquam cum Ca-

tholicis Doctoribus de essentia, unitate, & necessitate Eucharistiae, aliique ad ipsam spectantibus disputemus, & varias quae in Scholis agitari solent controversias aggrediamur, necessarium esse duxi, veritatem Sacramenti Eucharistiae, seu veram ac realem Christi in eo praesentiam contra hujus temporis haereticos propugnare, & disputationem integram de veritate Eucharistiae, seu vera & reali Christi praesentia in hoc Sacramenti, in hujus Tractatus limine instituire; quemadmodum initio Tractatum de Trinitate, & de Incarnatione, disputationem prooemialem, & ceteris praesentibus praesiximus, in qua haereticorum errores, quibus illorum mysteriorum veritas impetitur, confutavimus.

ARTICULUS I.

Duo praecipui Haereticorum errores contra Sacramentum Eucharistiae breviter reconferuntur.

Simon Magus primus nostrorum Sacramentatorum Patriarcha fuit. Ille enim cum suis Discipulis (ut ait Ignatius Episcopus ad Smirnenfes, cujus verba Theodoretus Dialogo 3. refert) Eucharistiam & oblationes non admittebat, quia veram Christi carnem rejiciebat. Hunc errorem jamdiu sopitum, & fere extinctum in Gallia suscitavit anno 1051. (teste Sigeberto in Chronico) Berengarius Andegavensis Archiepiscopus, quem iccirco D. Thomas hic quae lib. 75. art. 1. primum hujus haereticus auctorem appellat. Adelmanus etiam Episcopus Brixiensis, & Hugo Episcopus Lingonensis, qui temporibus illis floruerunt, in Epistolis ad Berengarium, ad eum scribant tamquam ad primum assertorem hujus haereticus, & serio movent ne Ecclesiam perturbaret, ut meminerit, quem exitum habuerint Haereticus qui ante eam fuerunt.

Porro duplex fuit hujus haereticus error insignis. In primis enim dicere cepit, panem & vinum Eucharistiae esse

tantummodo sacramentum, seu corporis Christi signum, subindeque Eucharistiam non vere & resiliere, sed figurative tantum. Christi carnem & sanguinem continere. Qui error primo damnatus est sub Leone IX. in Concilio Vercellensi, deinde in Turonensi sub Victore II. ejus successore, in quo Berengarius primo suum errorem abjuravit. Sed cum paulo post in illum relapsus esset, ipsam iterum reproboavit in Concilio generali Romano sub Nicolao II. his verbis quae referuntur de consecratione dist. 4. Ego Berengarius indignus sancti Mauricii Andegavensis Ecclesiae Diaconus cognoscens veram, Catholicam, & Apostolicam fidem, anathematizo omnem haereticum, praecipue eam de qua haecenus infamatus sum, quae astruere conatur panem & vinum quae in altari ponuntur, post consecrationem solummodo sacramentum, & non verum corpus & sanguinem Jesu Christi esse.

Verum levis ille protheus, post abjuratum his illam haereticum, incidit in alium errorem, quo asserbat, integram naturam substantiam panis & vini remanere post consecrationem in Eucharistia, accidentaliter conjunctam corpori Christi, eo modo quo unum suppositum potest localiter conjungi alteri, unde transubstantiationem panis & vini in corpus & sanguinem Christi hac secunda haereticus negavit, quam etiam in alio concilio Romae sub Gregorio VII. habito, sollempniter abjuravit, his verbis: Ego Berengarius corde credo, & oro confiteor, panem & vinum quae ponuntur in altari, per mysterium sacrae orationis, & verba nostri Redemptoris, substantialiter converti in veram ac propriam & vivificantem carnem & sanguinem Jesu Christi Domini nostri, & post consecrationem esse verum Christi corpus, quod natum est ex Virgine, & quod pro salute mundi in cruce pendit.

Licet autem post tertiam illam abjuratorem, Berengarius constans in fide permaneret, & in communione Ecclesiae Catholicae obierit, erroris tamen sui pestifera semina reliquit, ut notavit Guillelmus Malmesberienfis libro 3. de gestis Anglorum, ubi haec scribit: Berengarius plures quavis ipse sententiam correxit, omnes tamen quos ex cruce coram deponerent, convertere nequiverunt. Adeo pestifera est illa exemplo aut verba a bono infirmare, quia fortassis peccatum se gravissimum, cum delictum fuerit tuum. Et sane cum Berengarius retraditione & obitu, errores extitit non fuit, sed infelicitas repullularum diversis factis apud diversas sectas haereticorum. Illos quidem attribuit Albigenfisibus, contra quos septem annorum spatio generose, & feliciter pugnavit Sanctus Dominicus. Alii eos etiam tribuunt Flagellantiibus. Postea VValdenfis, VVICetif, Oecolampadius, Zuinglius, Petrus Martyr, Calvinus & alii, veram & realem corporis & sanguinis Christi in Eucharistia sacramento praesentiam negarunt, idoque Sacramentarii didi sunt. Lutherus vero talem quidem praesentiam admisit, immo & mordicus propugnavit, ac pro ea apologiam vidit ut constabat ex dicendis infra art. 9. sed alium Berengarii errorem, quo integram substantiam panis & vini remanere post consecrationem asserbat, simplex est, subindeque transubstantiationem negavit, quem plures ejus discipuli in Germania fecerunt sunt, ideoque impugnatorem sui panis vocantur. Negat enim Lutherus Eucharistiam fide Missam veram rationem sacrificii habere, at patet ex libro quem edidit de abroganda Missa ubi se hunc errorem e diabolo didicisse fatetur. Unde, ut illi obijcit Petrus Faber, clarissimus Jurisconsultus, alio modo quam Paulus loqui debet: nam cum Apostolus dicat: Quod accipi a Domino, hoc tradidi vobis, Lutherus dicere debet: Quod accipi a demone, hoc tradidi vobis. Hos Lutheri errores confutabimus infra, cum agemus de transubstantiatione, & sacrificio Christi: hic vero Sacramentorum haereticum, apertissimis Scripturae, Conciliorum, & SS. Patrum testimonis, nec non variis rationibus Theologicis resellemus, & postea qua ex Scriptura, SS. Patribus, & ratione, Catholicis obijciunt, breviter ac perspicuo diluamus.

ARTICULUS II.

Duplici Scripturae testimonio Calvinistarum error resellitur.

PLura adduci solent Scripturae testimonia ad resellendum Calvinistarum errorem, & probandum veram & realem Christi praesentiam in Eucharistia, sed duo praecipua sunt in quibus haec veritas manifestus exprimitur. Primum sumitur ex illo miraculo quo quingue panibus multa hominum millia satiavit, primum eos ad fidem suam adhortatur, tum a fide transiit facit ad corpus suum in hoc Sacramento dandum his verbis: Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis &c. Quod enim ibi Christus non loquitur de manducatione spirituali per fidem, ut contendunt haereticus, constat primo, quis loquitur in

futuro: Panis quem ego dabo, caro mea est, utpote quia nondum hoc Sacramentum instituerat: cum autem de fide loquitur, non in futuro, sed in praesenti, vel praeterito loquitur, quia obiectum fidei semper est praesens; cum fides, ut ait Bernardus, fit exemplar quoddam eternitatis, quia praeterita, praesentia, futura sinu suo vastissimo comprehendit.

Secundo, Christus ibi expresse distinguit carnem & sanguinem per modum cibi & potus, dicens: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus: At si loquebatur de sola manducatione per fidem, illa distinctio erat inanis & superflua, nam comestio & potio per fidem, sunt unum & idem, nempe credere in Christum: Ergo ibi Christus non loquebatur de sola manducatione per fidem.

Tertio, Christus ibidem comparat & praesert Eucharistiam Mannae, quod typus fuit hujus Sacramenti, ait enim: Hic est panis qui de celo descendit. Non sicut manducaverunt Patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in aeternum. At si Eucharistia esset tantum figura Corporis Christi, vel de sola fide loqueretur, non debuisset praesert Eucharistiam mannae; etenim manna etiam fuit corporis Christi figura, ut infra ostendemus, & Patres qui manna in deserto manducaverunt, in Christum crederent, subindeque spirituali manducatione per fidem corpus ejus comederunt: Ergo &c.

Quarto, Christus ibidem ait: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus: At si ejus caro sola fide ederet, ut volunt Calvinistae, illa non esset vere cibus, sed tropice tantum & metaphoricè: nam sicut os & guttur animae, metaphoricè tantum est, neque est magis os & guttur, quam imago Regis sit vere Rex; ita ejus cibus & potus, est tantum cibus & potus metaphoricè, non autem vere & proprie: Ergo caro Christi in Eucharistia non editur solum manducatione spirituali per fidem sed sub speciebus panis, vere & substantialiter a fidelibus sumitur. Unde Hilarius libro 8. de Trinit. De veritate carnis & sanguinis, non restituitur est ambigendi locus, nunc enim & ipse Domini professio & fide nostra, vere caro est, & vere sanguis est. Et Augustinus initio sermonis 2. de verbis Apostoli: Audiamus (inquit) veracem Magistrum, divinum Redemptorem, humanum Salvatorem, commendatum vobis pretium nostrum, sanguinem suum. . . . Cum ergo commendatus nobis carnem suam, talem cibum, & sanguinem suum, solum potum & diceret: Nisi manducaveritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis. . . . erit illi homini mors & non vita qui manducavit potaverit vitam. Item Chryso- stomus homil. 83. in Matth. Creduimus ubi dicitur: Nec respicimus, etiam sensui nostro & cogitationi absurdum esse videntur quod dicit: Nam verbis ejus defraudari non possumus, sensus vero noster deceptus facilius est: illa falsis esse non possunt, hic sapiens ac sapiens fallitur. Quoniam ergo ille dicit: Hoc est corpus meum, nulla tenetur ambiguitate, sed credamus; & oculis intellectus id perspicimus. Et homil. 66. ad populum Antiochenum: Ipsi sermo insubstantialis est, sensus autem noster seductus facilius; ille nunquam decipit, hic autem plurimum errat. Quoniam igitur verbum dicit: Hoc est corpus meum; & parentibus & credamus; & oculis intellectibus ipsum intruemur.

Quinto, Judaei audientes Christum dicentem: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, litigabant ad invicem dicentes: Quomodo potest hic dare nobis carnem suam ad manducandam? alii etiam ex Discipulis Christi, ex illis verbis scandalizati sunt, & dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? At si Christus de spirituali manducatione per fidem locutus fuisset, facile hoc scandalum sedare potuisset, & unico verbo figuræ aut manducationis per fidem, difficultatem omnem non modo elevare, sed penitus adimere: quod tamen Christus non fecit, quin potius acris inflans, iterumque repetitis affirmationibus dictum suum confirmans, subiunxit: Amen, amen, dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis; & ad faciendam fidem hujus mysterii, mentionem fecit miraculi futurae ascensionis suae, dicens: Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius? Quasi volens rem unam mirabilem, alia aequè mirabili confirmare: Ergo Christus ibi non loquebatur de spirituali corporis sui manducatione per fidem, sed de vera & reali, faciendi ore corporis, mediantibus speciebus panis.

Adde quod solebat Christus, si quod obscurius turbis II proposuisset, explicare Discipulis ab ipso exigentibus, patet Matth. 13. de parabolis seminantium & rixanorum: quae autem fuit unquam vel major occasio vel necessitas explicandi sensum suum Discipulis, & corrigendi eorum existimationem, si falsa erat, quam tunc temporis, cum usque ad defectum, pene omnes scandalizati sunt? Et tamen Christus illos ob eam existimationem abire passus est, & ad duodecim Discipulos dixit: Nunquid & vos vultis abire? Quasi diceret: Non habeo aliquid quod faciam, H 2



myfterium propofui, ad quod credendum fide opus est: qui non vult credere, abeat.

Secundum testimonium sumitur ex cap. 26. Matthæi, ubi Christus adimplens quod promissit Joann. 6. & Sacramentum Eucharistiæ instituit: sic sit Discipulis suis, Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Quibus verbis nulla alia suppetunt quæ brevis & distinctæ, & expressæ, significare possint, Christi corpus in Eucharistia vere & realiter contineri. Unde Lutherus, infra citandus, cum maxime propensus esset ad hoc Sacramentum negandum, ingenue lassus est, se non posse tam manifeste Scripturæ testimonio repugnare.

12 Illud tamen variis explicationibus eludere conatur Calvinista. Aliqui pronomen hoc, explicant adverbialiter pro hic, ut sensus sit, hic sedet corpus meum: exponitur ridentia magis quam impugnanda: quis enim rem oculis præsentem, cuiusmodi erat Christi corpus Apostolorum prospectui, digito videndum commonstret; Alii explicant verbum est, pro significat, ita ut sensus sit, panis iste significat & representat corpus meum, sive est signum vel figura corporis mei. Alii non in verbo est, sed in nomine corpus, tropum fingunt, ut nimirum hac voce non significetur corpus Christi naturale, sed aut Myſticum Discipulorum, aut signum & figura veri corporis Christi. Alii demum pronomen Meum, exponunt possessive, ut sensus sit, Hoc, estentio pane, est corpus meum, id est a me creatum, Sed hæc duo postrema commenta aperte reſiliunt verba subsequenta, quod pro vobis traditur: qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum. Non enim corpus, & sanguis Apostolorum, nec panis a Christo creatus, sed ipsum Christi corpus, pro nobis traditum est, ejusque sanguis in remissionem peccatorum effusus.

13 Alia vero explicatio, verba Christi esse figurate accipienda affirmans, quæ apud Calvinistas præcipua est, multipliciter confutari potest. Primo ex septima Synodo generali actione 6. ubi sacra Synodus damnat hæreticos qui Eucharistiam vocabant figurat aut imaginem corporis Christi, & rationem dat sui anathematis, quia Christus non dicit, sumite imaginem corporis mei, sed sumite corpus meum.

14 Secundo ex Damasceno libro 4. fidei cap. 14. dicente: Non est figuram panis & vinum corporis & sanguinis Christi: ubi enim hoc, sed est ipsum corpus Domini deificatum, ipso Domino dicente, hoc est meum, non figura corporis, sed corpus, non figura sanguinis, sed sanguis. Similia habet Theophylactus in cap. 26. Matthæi, & in cap. 14. Marci, ubi eadem Christi verba, Hoc est corpus meum, exponens, subdit: ostendit quod ipsum corpus Domini est panis qui sanctificatur in altari, & non respondent figura: non enim dicit, hoc est figura, sed hoc est corpus meum.

15 Tertio, Christus verbis relatis Eucharistiam instituit, testamentum condebat suum, juxta illud Luca 22. & 1. Corinth. 11. Hæc calix novum testamentum est in meo sanguine. Unde SS. Patres, Eucharistiam, Hæreditarium nomen novi testamenti appellant. Et Augustinus in Psalm. 21. Quare litigat? (inquit) Fratres sumus. Non testamentum mortuus est Pater. Ecce testamentum, & sic mortuus est... ubi inventa fuerit ipsa hæreditas, ipsam tenemus. Aperi testamentum. Sed testamentum a viris bonis & prudentibus, non nisi verbis propriis & perspicuis condi solent. Unde Lege non aliter ff. de Legatis 3. statuitur, ut in significatione verborum alicujus testamenti, non liceat recedere a proprietate verborum, nisi ubi manifestum est aliter sensisse testatorem: Ergo prædicta Christi verba, non figurate & metaphorice, sed proprie accipienda sunt.

16 Confirmatur: Testamentum vetus Exodi 24. diversis verbis & perspicuis, antiquis Patribus datum est: Sed non deicit vetus testamentum, quod novi umbra & figura erat propriis vocibus ac perspicuis proponi, novum autem figurat & obſcuris locutionibus tradi. Ergo prædicta verba, quibus Christus Eucharistiæ sacramentum instituit, & suum testamentum condidit, non debent in sensu figurativo intelligi. Unde egregie Tertullianus lib. 4. contra Marcionem c. 40. in Calicis mentione (Christus) testamentum constituit, sanguine suo obſignatum, substantiam corporis confirmavit.

17 Confirmatur amplius: Christus verbis illis præstantissimum omnium Sacramentorum instituit, ut fateretur Calvinista: At Sacramenta cum sint Ecclesie bases & fundamenta, minime debent tropicis & obſcuris verbis implicari, ne gravissimi erroris circa eorum usum detur occasio. Unde Circumcisio clarissime instituitur Genes. 17. & commissio sgu Paschalis Exod. 12. & in toto Levitico, ubi tot sacrificia & expiationes, atque sacre cæremonie instituntur, vix reperire est vocem ullam metaphoriceam. Matthæi quoque ultimo, Christus Baptismi usum & præceptum propriis ac perspicuis verbis declaravit: Quis ergo sibi persuadent, ipsum in instituendo & tradendo primaria legis Evangelicæ sacramenta, obſcuræ & tropice locutum esse, & verba illa, Hoc est corpus meum, non in sensu proprio, sed figurativo usurpasse? Foras (inquit Hilarius

8. de Trinit.) qui verbum est, & qui veritas est, loqui vera nesciunt? & qui sapientia est, in insulsiſimo errore? & qui virtus est, in ea factis infirmitatibus, ne possit eloqui, quæ velle intelligi?

Addo quod quando Christus verba illa protulit, tunc morti erat propinquus, & ultimum vale dicebat Discipulis: Solent autem homines jam morti proximi, & ultimum vale dicentes amicis suis, perspicuis verbis uti, & non mentiri: Ergo idem de Christo sciendum est. Unde egregie Augustinus de unitate Ecclesie, cap. 11. Cum verba novissima hominis morientis audiuntur ituri ad inferos, nemo enim dicit esse mentium, & impius judicatur hæres qui forte illa contempserit. Quomodo ergo effugiemus iram Dei, si vel non credentes, vel conſentientes, repulerimus verba novissima & verba Filii Dei, & Domini nostri ac Salvatoris, & ituri ad calum, & inde prospecturi, quis ea negligat, quis obſeruet; & inde venturi, ut de omnibus judicet?

Quarto, Tropi & figurate locutiones non sunt nec debent esse usui, nisi vel ad ornatum, aut amplificationem sermonis, ut in concionibus fieri consuevit, vel ad occultandum sensum: Sed tropus in illis quatuor Christi vocibus: Hoc est corpus meum, non est ornatum, nec amplificationi, ut patet, sed confusio, neque debuit apponi ad occultationem sensus, quia tunc Christus erat cum folis Apostolis, quibuscumque privatim, ut amicis amicis, ut magister discipulis, familiaris colloquio, abſque ambiguis, distincte myſteria pandebat, unde & dicebat Luca 8. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabola, & Joann. 15. Jam non dicam vobis secreta, sed amica, quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota facti vobis. Propter quod c. 16. dicebant ei Discipuli: Nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicit. Inter quod, ubi Apostoli non intelligebant figuratum sermonem, ad interrogabant Dominum, ut patet Matth. 15. Edifferendæ parabola illam; & tamen quoad præsentem myſterium, nullus eum interrogavit, quia scilicet perspicue locutus est.

Quinto, Conſueverunt Evangelistæ mutas sibi operas tradere, ut quod ab uno obſcurius est traditum, alius clarior enarrat: hinc Joannes Baptista, Elias a Matthæo nuncupatur, sed ut quis sensus sit dignoscatur, subjungit Lucas: Venit Joannes in virtute & spiritu Elias. Quod vero a Luca dictum est, ejectione fidei demonium in digito Dei, a Matthæo in Dei spiritu exponitur. Josephus Christi Pater non semel scribitur, sed ne falleretur ditionis ambiguitate, Lucas addidit, ut ne paratur. Matthæus & Marcus aculeatum Christum memocant, quia dixit: Solvite templum hoc, & in trieno ædificabo illud; sed quia de quo templo locutus esset, reliquerant incertum, id minime reticendum Divus Joannes paravit, & de templo corporis sui id debere intelligi significavit. Et tamen loquentes de institutione Eucharistiæ, ejusque historiam narrantes, nullus eorum interpretatus est dictam alterius, utendo verbo significat, aut nomine figura, vel signi, sed unanimi consensu illi sunt ubique, verbo est, & vocibus corporis & sanguinis: Ergo verba illa non debent in sensu tropico & figurato exponi.

Denique testimonia Scripturæ quibus aliorum mysteriorum quæ Sacramentarij nobiscum admittunt, veritas ostenditur, non aperta eam declarant, quam verba illa, Hoc est corpus meum, realem corporis Christi sub speciebus panis existentiam ostendunt: Ergo sicut Sæctarii alia testimonia in sensu typico & figurativo non audeant exponere, ita nec istud in illo sensu debent interpretari. Conſequencia patet, Antecesserit vero probatur primo de mysterio Trinitatis. Ex eo colligitur Sæctarii nobiscum, Personas Divinas eandem numero habere naturam, quod Filius loquens de Patre, & de seipſo, dicit: Ego & Pater unum sumus, Joannes loquens de tribus personis, hæc scribit: Eri tres unum sumus. Illa autem duo testimonia non magis aperta sunt pro unitate in natura, quam hæc verba, Hoc est corpus meum, pro reali presentia corporis Christi in Eucharistia, unde Ariani ea interpretabantur de unitate præcisè quoad effectum, & varia loca Scripturæ arripiebant ad confirmationem suæ interpretationis, multo opportuniora, quam ea quibus Calvinista abutuntur, ad eludendam veritatem verborum, Hoc est corpus meum, dicebant enim loca de unitate nature debere intelligi, sicut intelligitur iste Actorum 5. Credentium erat anima una, & cor unum, & illud Joann. 17. Ego claritatem quam deserviisti, dedi tui, ut sic unum sentiat nos unum sumus. Quoad mysterium vero Incarnationis idem probatur: Nam ex illo loco, Verbum caro factum est, unde colligitur, non magis constat verbum nostram naturam vere, realiter, & non tantum quoad speciem sive apparentiam sumpsisse, quam ex isto, Hoc est corpus meum, constat, corpus Christi realiter esse præfens in Eucharistia, immo prior locus de Incarnatione, magis patet figuris quibus Marcionista & alii antiqui hæretici abutuntur; dicebant enim locum illum explicandum esse de assumptione non vere carnis, sed phantasticæ, sive secundum apparentiam, juxta illud ad Philippenses 2. In similitudinem hominum factus, & habitus inventus ut homo. Triumpharent certe Sacramentarij, si simi-

si similem locum possent nobis obijcere pro suis tropis in mysterio Eucharistiæ. Denique quoad myſterium resurrectionis idem fadetur; ex eo quod ideo Calvinista colligunt nobiscum ex Scriptura futuram corporum nostrorum resurrectionem, quia Apostolus dicit quod mortui resurgens incorrupti: ille autem locus magis patet figuris quibus utebatur Origenista, quam illis, Hoc est corpus meum, pateat tropis quibus Calvinista conantur eum explicare. Nullus item est Scripturæ locus, qui istorum explicationi ita faveat, sicut in specie favere videbatur Origenistis locus iste alius Apostoli, seminat corpus animale, resurget spirituale: quemadmodum enim ly seminat, figuratiter explicandum est, ita etiam sumendum videtur ly resurget.

Hoc argumentum ex verbis illis Christi, Hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus, desumpto, passim utuntur SS. Patres, ut ex eorum proprietate & vi probent, corpus & sanguinem Christi esse vere & proprie in Eucharistia. Quod profecto nunquam fecissent, si existimasset Eucharistiam tantum esse Symbolum Corporis Christi, quis enim de hoc potuit unquam dubitare? In primis ergo Argumentis ostendit esse verum Christi Corpus in Eucharistia, adjuvat hoc tamquam robustissimum. Denique (inquit) ipse Dominus Jesus resuscitatur nobis quod suum corpus accipimus, nunquid debemus de ejus fide & resurrectione dubitare? Cyrillus Hierosolymitanus 4. Catech. Mytagog. hæc habet: Cum igitur Christus sic affirmet atque dicat de pane, Hoc est corpus meum, quis deinceps audeat dubitare? Ac eodem quoque affirmante & dicente, hic est sanguis meus, quis inquam dubitet & dicat non esse illius sanguinem? Item Cyrillus Alexandrinus in Epist. ad Collordium: Ne dubites (inquit) an hoc verum sit, eo manifeste dicente, Hoc est corpus meum, sed patius suscipe verba Salvatoris in fide, nec dubites. Item lib. 10. in Joann. cap. 13. cum multis argumentis id egisset, ut veritatem corporis & sanguinis Christi in Eucharistia demonstraret, adiecit: Non credis mihi hæc dicenti? Christo obſervo tu fidei præter: ipse enim dixit, Hoc est corpus meum. Gaudentius tractat. 2. in Exodum: Quod annuntiatum est credas, quia quod accipis, corpus est panis illius calicis, & sanguis est illius sacra vitæ. Nam cum panem consecratum & vinum Discipulis suis porrigeret, sic ait: Hoc est corpus meum. Hoc sanguis meus. Credamus quæso cui credidimus. Nescit mendacium veritas. Eusebius Emisenus homil. 5. de Paschate: Recedat omne infidelitatis ambiguum. Quandoquidem qui auctor est muneris, ipse etiam refert esse veritatis: Similia habet Fulbertus Carnotensis Episcopus Epist. 1. Hoc sacramentum (inquit) non est inanis mysterij Symbolum, sed Corpus Christi verum. Nullus locus dubitari reliquitur, quando ille ipse qui auctor est muneris, refert esse veritatis. Demum idem docent Hilarius, Augustinus, & Chryſostomus, quorum verba & testimonia articulo precedenti num. 8. retulimus.

ARTICULUS III.

Veritas Catholica probatur ex traditione.

22 Secunda probatio Catholice veritatis de reali presentia Christi in Eucharistia, sumitur ex perpetua & nunquam interrupta traditione, ab Apostolis ad nos usque, continua successione, per manus Majorum delata, que in omni ætate & sæculo viguit.

Primum oculatus hujus traditionis testis est beatus Andreas Apostolus, qui (ut in ejus vita ab ejus Discipulis conscripta refertur) Agæe Proconſuli, ut diis suis immolaret hortanti, respondit: Ego omnipotenti Deo, qui vitæ & verus est, quotidie immolo, non taurorum carnes, nec hircorum sanguinem, sed immolatum agnum in altari, cujus carnes, postea cum omnis populus credentium manducaverit, agnus qui sacrificatus est, integro perseverat. & vitæ. Hujusmodi vero narrationem indubitata esse fidei, testatus est ante sexcentos annos Petrus Damiani serm. 2. de S. Andrea, ubi de hac historia sic loquitur: Non immerito in singularem auctoritatis arcem suscepta est, quam qui viderunt, scripserunt, & ministris fuerunt sermonis. Eandemque refert Metaphraſte, qui floruit ante annum Domini 859.

Secundus hujus traditionis testis est B. Jacobus frater Domini, qui in sua Liturgia expresse fateretur, per verba consecrationis verum Corpus & sanguinem Christi conficere. Idem in sua S. Marcus Evangelista affirmat.

Tertius fit sanctus Igmatus, qui vixit Apostolorum tempore, & Joannis Apostoli discipulus fuit, tertiusque a Petro Antiochenus Episcopus: Ille enim in Epistola ad Romanos hæc scribit: Non gaudeo corruptibili nutrimento, nec voluptatibus hujus vitæ: panem Dei volo, panem celestem Filii, qui est caro Christi Dei. Et in Epistola ad Smirneſes (ut refertur a Theodoro dialog. 3.) de Saturnianis & Simoniacis hæreticis loquens, sic ait: Euseb. Genes. Tom. V.

charitatis & oblationes non admittunt, quod non consistant Eucharistiam esse carnem Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, qua pro peccatis nostris passa est.

Quartus fit Clemens, Romanus, tertius a Petro Pontifex, & ab ipſo in successorem nominatus, qui lib. 2. Apostolicarum constitutionum, sic Deum alloquitur: Rogamus te ut mias Spiritum sanctum tuum super hoc sacrificium, restem Passionem Domini Jesu, ut ostendas hunc panem, Corpus Christi tui, & hunc calicem, sanguinem Christi tui. Et cap. 21. Percepto corpore & presioso sanguine Christi. Quæ verba leguntur etiam in Liturgia Jacobi Apostoli.

Quintus fit sanctus Martialis, qui fuit etiam beati Petri Discipulus: ille enim in Epistola ad Burdigalenses cap. 3. hæc scribit: Quod Judæi per invidiam immolaverunt (id est corpus & sanguinem Christi) nos in ara sanctificata, salvas nosra causa præponimus.

Sextus fit Dionysius Areopagita, Pauli Apostoli Discipulus, qui in libro de Ecclesiastica Hierarchia c. 3. Eucharistiam sic alloquitur: O divinissimum & sanctum sacramentum, obſtata tibi symbolice experimenta signaturum revelant, dilucida nobis demonstrant, ac spiritalia nosproscutes, singulari aperoque lumine imple. Ubi notanda sunt hæc verba, obſtata tibi symbolice experimenta, quæ aperte declarant, Eucharistiam aliud esse præter symbolum, seu figuram, Christum scilicet, quem sub figurarum operimentis latentem invocant.

Septimus fit S. Irenæus, qui secundo sæculo vixit: ille enim lib. 4. adversus hæreses cap. 34. disputans contra resurrectionis corporum adversarios, hæc scribit: Quomodo autem rursus dicunt, carnes in corruptionem devenire, & non percipere vitam, quæ Corpore Domini & Sanguine alitur. Ubi docet, corpora nostra fieri incorruptibilia, quia aluntur Corpore Christi: Ergo cenſet Corpus Christi non solum mente & ore fidei, sed & corpore ipſo percipi.

Octavus fit Justinus Martyr, qui apolog. Ad Antoninum in fine, hæc habet: Non communem usitatumque panem, usitatumque potioneem capimus: sed quemadmodum Dei Verbum, homo factus, Jesus Christus, & carnem & sanguinem habuit, sic etiam cibum, qui per preces sermonis quem ab eo accepimus, consecratus est. & quo sanguis, carnesque nostra communione aluntur; Jesu Christi ejus, qui homo factus est, & carnem & sanguinem esse accepimus: Apostoli enim ita tradiderunt: Quibus verbis non solum panem & vinum, per verba consecrationis in carnem & sanguinem Christi converti discretè profertur, sed etiam id esse Apostolicam traditionem asserit.

Nonus fit Tertullianus, qui lib. de resurrect. carnis cap. 8. hæc scribit: Caro abſuitur ut anima emaculetur. Caro augetur ut anima consecratur. Caro corpore & sanguine Christi vescitur, ut & anima de Deo faginetur. Quæ verba intelligi nequeunt de comestione mentis per fidem, tum quia illam comestione carnis tribuit, affirmatque, cum caro corpore & sanguine Christi vescitur, mentem de Deo faginari. Tum etiam, quia comestione illam comparat cum abſolutione & unctioe, quæ in Baptismo & Confirmatione sunt, quibus vere, & realiter corpus afficitur.

Alii ejusdem traditionis testes, qui per singulas ætates veram & realem Christi in Eucharistia presentiam docuerunt, apud Bellarminum lib. 2. de Eucharistia, vel apud Joannem Garetium, Ordinis S. Augustini Canonici, videri possunt. Potestque hæc traditio confirmari ex praxi & disciplina primitivæ Ecclesie, ex qua plurima argumenta, seu conjecturæ evidentes, reales presentiam Christi in Eucharistia desumi possunt. Primum sumitur ex eo quod in primitiva Ecclesia, cum celebratur sacrificium Missæ, sacerdos dicebat Christi corpus, aut Hoc est corpus meum; & totus populus respondebat Amen, id est, verum est. Hoc testantur Abdias Babylonius lib. 7. Justinus in secunda Apologia, Tertullianus in lib. de spectaculis, & D. Hieronymus Comment. in Epist. ad Galatas, ubi ait: Ad similitudinem ecclesie contrivæ Amen reboat. Demum in omnibus Liturgiis antiquis ita videmus responderi. Ex quo cæremonia, seu Ecclesie consuetudine liquet Ecclesiam antequam Eucharistiam fidelibus porrigeret certam & indubitatum fidem ab illis exegisse veræ & realis presentie corporis Christi in ea. Argumentum non meum est, sed Ambrosii lib. 4. de Sacrament. cap. 5. ubi sic sit: Non otiose tu dicis Amen, jam in spiritu consistens, quod accipis corpus Christi, & tu dicis Amen, hoc est verum: quod consecratur lingua, tenent affectus. Id est quædam lingua confiteris esse corpus Christi, ne dubites intus in animo tuo. Fodem argumento usus est Leo Papa serm. 6. de jejunio septimi mensis: Hoc (inquit) ore sumitur quod fide creditur, & frustra ab illis Amen respondetur, a quibus contra id quod sumitur disputatur.

Secundum petitur ex summa diligentia qua in primitiva Ecclesia cavebatur, ne Catechumenis aperiretur. H 3 myſte.



mysterium Eucharistia, cujus rei certa sunt monumenta apud antiquos Patres, referentes hanc disciplinam Ecclesie, ut apud Ambrosium de his qui initiantur mysteriis c. 1. Theodoros dialog. 1. ubi jubetur loqui submissa voce, & mystice, id est obsecrare, qui coram Catechumenis disputabant de Eucharistia. Unde August. tract. 11. in Joann. si interrogaveris Catechumenum, credis in Cerevisiam Respondet, credo, & signat se cruce Domini. Si interrogaveris eum, manducavit carnem Christi, & bibit ejus sanguinem; nescis quid loquimur; Quia scilicet non licebat hoc mysterium Catechumenis declarare. Ex quo manifeste colligitur fideles primitive Ecclesie, non existimasse Eucharistiam esse solum manducationem Christi mentalem per fidem, representatam in symbolis externis, nam Catechumenis non fuisset scilicet tale mysterium, cum illi jam crederent in Christum, ac scirent Patres veteris testamenti manducasse Agnum Paschalem, figuram Christi immolati: Ergo Ecclesia tunc sentiebat, mysterium Eucharistie aliud esse quam solum manducationem mentalem corporis Christi.

24. Aliud ejusdem veritatis signum & argumentum est, alia antiqua ceremonia cujus meminit Augustinus lib. de peccat. meritis c. 26. qua benedicebatur panis, ut daretur Catechumenis, quem sanctum, sacramentumque appellat Augustinus, quoniam (inquit) non sic corpus Christi. Nam si Eucharistia nihil aliud esset quam purus panis, sola Sacerdotis benedictione facturus, quid opus erat aliam panem benedicere, ut daretur Catechumenis? aut cur hic etiam non appellatur corpus Christi.

25. Item colligitur ex eo quod summa semper fuit religio in sumenda Eucharistia, tanquam re omnium sacratissima: hinc enim constitutum fuit, ut non nisi a jejunis perciperetur, sicut asserit Augustinus Epist. 118. cap. 6. his verbis: Hoc placuit Spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti, qui est Christi panis Dominicum corpus inerat, quam certi cibi. Unde summum peccatum censetur dare illum non jejunis, sicut ex Chrysostomo colligi potest Epist. 3. ad Cyrillium: nam cum quidam sinxisset, Chrysostomum non jejunis ministrasse Eucharistiam, respondit ille: Hoc si feceris, expungatur corpus meum ex alio Episcopatum, & abiciat me etiam Christus a regno suo.

Ob summam etiam reverentiam qua fideles hoc sacramentum in primitiva Ecclesia colebant, vasa ad Eucharistia celebrationem non nisi ex rebus valde pretiosis, ut ex auro & argento fieri solebant. Unde in Ecclesia Rhemeni, ante mille annos, a D. Remigio calix aureus relictus est, cum hac inscriptione:

*Haurias hic populus vitam de sanguine sacro.*

Et in multis Germaniæ Monasteriis vetustioribus, extant adhuc antiquæ fistule aureæ, vel argenteæ, quarum erat olim usus ad sanguinem ex calice tutius hauriendum, Quin etiam apud Prudentium in libro *travi septuor. Prefectus Gentilis*, D. Laurentio Martyri inter alia dicit:

*Hinc esse vestris orgiis  
Mecumque & arem proditum est,  
Hanc disciplinam faderis,  
Dicitur ut auro Antifistes,  
Argenteis Syphis ferunt  
Eunare sacrum sanguinem;  
Auroque nocturnis sacris  
Aflare fixos cervos.*

Legimus etiam in historia Ecclesiastica, veteres tantum honoris, tantumque venerationis tribuisse Eucharistia, ut gravissime animadvertetur in eos qui eam negligenter tractarent. Quod de re est antiquissimum hoc decretum Pii I. quod recitatur a Gratiano de consecrat. dist. 2. Si per negligentiam sacerdotis de sanguine deciderit in terram, lingua lambatur, tabula radatur: Si calix non fuerit, locus corrodatur, igni consumatur, cinis intra altare recondatur, sacerdos quadragesima dies jejunet. Quam disciplinam confirmat testimonium Tertulliani in libro de corona militis, ubi sic ait: Calicis aut panis etiam nostri, si aliquid deciderit in terram, anxie patimur. Et Origenes homil. 13. in Exodum sic dicit: Nolite qui divinis mysteriis interesse consueveritis, quomodo tum suscipitis corpus Domini, cum cumi tantula & veneratione servatis, ut ex eo parum quid deciderit, ne consecrati numeris aliquid dilabatur. Reos enim vos creditis, & recte creditis, si quid inde per negligentiam deciderit.

Præterea scimus neminem ausum fuisse olim ad excipiendam Eucharistiam accedere, si quid turpis aut prava cogitationis animo versasset, aut si somniasset turpiter. Sunt multa exempla de hac re apud Palladium in vita Eulogii Presbyteri c. 75. & apud D. Hieronymum qui cum reprehensus fuisset, quod in libro contra Jovinianum dixisset: Quale bonum est matrimonium, quod impedit summationem corporis Christi? Respondit in Apologia pro libro

suis: Quid majus est vobis, an accipere Christi corpus? utique corpus Christi accipere: si per coitum impeditur quod minus est, quanto magis quod majus est.

Denique fideles non figurative tantum, sed vere & realiter, carnem & sanguinem Christi, sub speciebus panis & vini, in Eucharistia fumere, argumentum est quod Christiani inter alia olim accusabantur ab Ethnicis, quod in suis sacris car, nes humanas ederent, ut patet ex Tertulliano in Apologetico cap. 7. ubi sic ait: *Distina sceleratissimi de sacramentis infanticidii, & pabulo. Et ex Felice in Octavo*, ubi ait quod Gentiles Christianis exprobrare solebant, quod infantem farina testum, sceleris vulneribus confoderent, ejusque membra inter se partierunt. Eximium etiam culum, quo fideles in primitiva Ecclesia Christum sub speciebus panis & vini in Eucharistia latentem colebant, occasionem fuisse Gentilibus suscipiendi, Christianis colere Cererem & Bacchum, testatur D. Augustinus libro de contra Faustum cap. 13. Certe si fideles in Eucharistia carnem & sanguinem Christi figurative tantum, & non realiter fumere, debent eximii illi Catholice fidei defensores, id omnino aperte declarare in suis Apologiis, ut hoc immane omnino infanticidii, quo Christiani olim gravabantur, omnino amoverent, & ut Gentilibus, qui nos impios appellant, ex eo quod Deum nostrum manducemus, penitus eos occiderent; hæc enim defensio facilissima erat, si vera fuisset. Hoc vero illi nequaquam in suis Apologiis præstant, non enim ad Sæcularium tropus, sed omnipotentiam Dei recurrunt, ut mysterium Eucharistia explicent, ut patet de Justino Martire, qui in sua Apologia, ad calumniam allatam Paganorum respondens, sic ait: *Non vultis ut communem panem hæc sumimus, sed quemadmodum per Verbum Dei intrinsecum, Jesus habet carnem & sanguinem, sic etiam per precos verbi Dei ad ipsi Eucharistiam factum cibum ex quo carnes nostra aluntur, ipsius incarnati Jesu carnis & sanguinem esse edendi sumus.*

ARTICULUS IV.

*Catholica veritas de sacramentis Ecclesiarum scilicet.*

Non solum Scriptura & Traditio, sed etiam pluræ Concilia generalia, veritatem Catholicam, de reali & corpore manducatione corporis & sanguinis Christi in Eucharistia, aperte docent. In primis enim Concilium Nicænum primum, anno 325. celebratum, & ab ipso Calvino cum tribus aliis proximis generalibus, in libro 4. Institut. cap. 9. §. 8. receptum & approbatum, hanc veritatem docuit: sic enim habet libro 3. (editio nis Pisan.) cap. de sacra mensa: *in hæc sacra mensa non humiliter intenti sumus, ad propositum panem & calicem, sed attentiores memorem fide, intelligamus frum in illa sacra mensa agnum illum Dei, solentem peccata mundi, in cruce a Sacerdotibus immolatum; & pretiosum ejus corpus & sanguinem, vere nos sumentes, credamus hæc esse nostra redemptionis symbola. Quibus verbis Concilium perspicue asserit Christum residere in sacra illa mensa, in qua symbola panis & vini proponuntur, ac in ea inierente immolari a Sacerdotibus, & a fidelibus vere recipi.*

Secundo eadem veritas definita fuit in Concilio Ephesino in Epistola Cyrilli ad Nestorium, a Concilio approbata, in qua sic dicitur: *Ad mysticam benedictionis accedimus, eoque ratione sanctificamur, utpote sacra carnis, & pretiosus sanguinis Christi, omnium nostrum Salvatoris, participes effici. Et paulo post: Neque enim illum ut carnem communem suscipimus, sed tanquam vere vivificantem, ipsiusque Verbi propriam.*

Tertio Concilium Nicænum secundum, seu septima Synodus Oecumenica, actione 6. tam clare & perspicue eandem veritatem tradit, ut quilibet non oculis orbatus, eam perspicue intuari possit: sic enim in ea habetur: *Nullus aliquando tubarum Spiritus, Sanctiorum videlicet Apostolorum, aut illustrium Patrum nostrorum, incrementum sacrificium nostrum, quod in commemorationem Christi Dei nostri, ac omnis dispensationis ejus efficitur, dicitur imaginem corporis ejus. Neque enim acciperent a Domino sic dicere vel confiteri, sed audire, evangelice dicitur eo: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis & biberitis ejus sanguinem, non intrabitis in regnum celorum. Et, qui manducant meam carnem, & bibunt meum sanguinem, in me manent, & ego in eo. Et, accepto pane gratias agens, fregit, & dedit Discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et, accipient calicem, gratias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Et non dixit: Accipite & comedite imaginem corporis mei. Sed & Paulus divinus Apostolus, ex divinis Domini vocibus hauriens, ait: Ego accepi a Domino quod & tradidi vobis, quoniam*

in qua

in qua vobis tradidit, accipite panem, & gratias agens, fregit, & dicit: Accipite, & comedite, hoc est corpus meum quod pro vobis fragitur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam canavit, dicens: Hic calix novum testamentum est in meo sanguine, hoc facite in meam commemorationem. Ergo aliquid demonstratum est, quod usquam Dominus, vel Apostoli, aut Patres, imaginem solum sacrificium sine sanguine quod per sacerdotem offertur, sed ipsum corpus, ipsum sanguinem. Quo nihil clarius aut expressius, ad relegendum Calvinitarum errorem dici potest. Nec commentario, vel ponderatione egent hæc verba, Sole ipso splendidiore. Pergit sacra Synodus: *Ante sanctificationem quidem celebrationem, typos (seu ut alii legunt antitypa) quibusdam sanctorum Patrum, hæc pie visum est nominare, quorum est Eusebius propugnator sanctæ fidei, & Ariana destrutor vespasianus; & Basilus iustum infelicis superstitionis deceptor, qui omne quod sub sole est planum rectorem legitimum edocuit. Recentissimus autem utriusque Patris testimonio, sic concludit: Quod deinceps inferatur, certiorum Patris hujus (Basilii) perfecti intellectum, qualiter antiquam sanctificati fuerint, vocata sunt epi, post sanctificationem autem corpus proprie ac sanguis Christi dicitur, sunt, & creduntur. Nec obest, quod nonnulli ex Patribus Grecis sanctificati interdum Antitypa appellent, id enim nunquam dixerunt hereticorum sensu, quasi illa excludant corporis Christi veram ac realem præsentiam, sed in aliquo bono & Catholico sensu, quia nimirum sunt signa corporis Christi, non vâcua, sed plena re significata; sicut papillus significat carnes quæ continent. De quo infusus infra articulo 12. solvendo objecto Calvinitarum ex Patribus.*

Quarto, exorta hæresi Berengarii, qui ut supra art. 1. diximus, circa annum 1050. præstantiam Christi in Eucharistia sacramento negavit, in pluribus Conciliis quæ ibidem retulimus, ejus error proscriptus est, & Catholica veritas sancta & confirmata, nimirum in Concilio Verolensis sub Leone IX. in Turonensi sub Victore II. & in duobus aliis Conciliis, sub Nicolao II. & Gregorio VII. Romæ habitis, in quibus Berengarius publice vulgo errorem retractavit.

Quinto, in Concilio amplissimo totius orbis sub Innocentio III. Romæ celebrato, iterum eadem hæresis damnata est, & Catholica veritas de reali præsentia corporis Christi, 1. his verbis declarata: *Verum Christi corpus & sanguis in sacramento altaris, sub speciebus panis & vini veraciter, transsubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem præstantia divina.*

Sexto, eadem veritas explicata est in Concilio generali Viennensi, sub Clemente V. in Constantiensi, sub Martino V. in Florentino, sub Eugenio IV. & tandem in Tridentino, sessione 13. cap. 1. ubi sic dicitur: *Docet sancta Synodus, & aperite ac simpliciter profiteretur, in alio sancto Eucharistia sacramento post panis & vini consecrationem, Dominum nostrum Jesum Christum, verum Deum atque hominem, vere realiter, ac substantialiter, sub specie illarum rerum suscipiuntur contineri. Quibus verbis hæreses quatuor confutatur. Primo Ubiquitarum, asserentium Christum adesse in hoc sacramento, non virtute consecrationis, sed ubiquitous corporis Christi. Secundo Sacramentorum, negantium Christum vere esse in hoc sacramento, sed tantum ut in signo. Tertio Calvinii, affirmantis Christum non esse in hoc sacramento realiter, sed sola fide apprehensum. Quarto Calvinitarum, dicentium Christum non esse in hoc sacramento substantialiter, sed per quandam virtutem accidentalem, qua nobis conjungitur.*

ARTICULUS V.

*Catholica veritas testimonio sanctorum Patrum confirmatur.*

Plura SS. Patrum testimonia, pro ejusdem veritatis confirmatione, adducunt Bellarminus, Valentia, Peronius, Coëstetius, Garetius, & alii, nos clariora & facilliora silegemus.

In primis ergo plures ex SS. Patribus docent, fideles fumere corpus & sanguinem Christi, non solum ore mentis per fidem, sed etiam ore ipso corporis, & per verum & propriam comestione. Ita D. August. lib. 2. contra Adversarium legis & Prophetarum c. 9. ubi ait, *Christum Jesum carnem suam nobis manducandum, bibendumque sanguinem suum, habet cordis & suscipimus.* Et Leo sermo 6. de jejunio septimi mensis, ubi hæc scribit: *Sic sancta mensa communicare debetis, ut nihil profus de vitare corporis Christi & sanguinis ambigatis, hoc enim ore sumitur, quod fide creditur.* Item S. Gregorius Papa homil. 23. in Evan. explicans verba illa Exodi 12. *Fasciculum hyssopi tingis in sanguine qui est in limine & asperges ex eo superliminare, & intrinseque postem:* subdit: *Sanguis Christi super utrumque postem ponitur, quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur.*

Theol. Gomez, Tom. V.

Secundo SS. Patres docent, quod per Eucharistia perceptionem Christus vere nobis commiscetur, & non per fidem tantum, sed etiam re ipsa nobis unitur. Sic enim loquitur Chrysof. homil. 3. in Matth. *Semipsum nobis commiscet, & non fide tantum, verum & ipsa res nos suum efficit corpus.* Item Cyrillus Alexandrinus libro 10. in Joann. c. 13. dicit, *Non tantum re ipsa nos fide & caritate sincera Christo spiritualiter conjungit, sed etiam corporaliter, communicatione carnis Christi, Christum in nobis habitare. Ibi que unionem illam corporalem Christi cum fidelibus, que fit per usum Eucharistia, hoc exemplo declarat: *Quemadmodum (inquit) si quis igne liquefactam ceram alia cera similiter liquefacta ita miscuerit, ut unum quid ex utriusque factum videatur, sic communicatione corporis & sanguinis Christi, ipse in nobis est, & nos in ipso: non poterat enim aliter corruptibilibus hæc natura corporis, ad incorruptibilitatem & vitam traduci, nisi naturaliter vita corpus ei conjungeretur.* Alio exemplo utitur Nyssenus in Oratione Catechi c. 37. ubi sic ait: *Quemadmodum parum fermenti, teste Apostolo 1. Corinth. 11. totam massam sibi similem reddit, sic corpus illud vivificum, in corpus nostrum ingreditur, totam in se transire atque commutat, sibi que simile & immortale (suntur quo tempore) reddit. Necessarium enim est, quod hæc fieri potest, ut natura nostra vitam salutarem intra corpus admittat. Ibi etiam docet, oportere, ut sicut vetustus cibus corporaliter ab Adamo comestus est, sicut Christi corpus a nobis corporaliter & intra viscera ipsa sumatur, adeoque non tantum mente per fidem, ut cum intra nos fuerit hoc salutare medicamentum, veniat damnatum quod corpore fuerat inditum, per contrarium repellat actionem. Legatur totum illud caput, quo nihil clarius dici potest contra errorem Calvinistarum, contentendum spiritui tantum & non etiam corpore a nobis percipi corpus & sanguinem Christi.**

Tertio, docent SS. Patres, sacramentum Eucharistia propter Christum in eo existentem, esse adorandum: sed non deberet adorari, imo talis cultus esset idololatris, nisi Christus in eo vere & realiter contineretur: Ergo SS. Patres tenent Christum in sacramento Eucharistia vere & realiter contineri. Unde recte Theodoretus dicit, *hæmysteria adorari, non quia significant, sed quia hæc sunt que creduntur.* Minor patet, nam cultus adorationis ipsi Deo exhibendus est. Major vero passim docetur a SS. Patribus, præsertim ab Augustino Epistola 120. c. 27. ubi ait, *quod fideles veniunt ad mensam, manducant, & adorant.* Item asserit in Psalmum 21. Exposit. 1. super illud, *Manducaverunt, & adoraverunt, sed expressius & plenius in Psalm. 98. super illud, Adorate scabellum pedum ejus:* ubi scabellum terram; & ipsam terram explicat carnem Christi: *Quia in ipsa carne hic ambulavit, (inquit) & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit: nemo autem illum manducet, nisi prius adoraverit, invenit enim quomodo adoratur tale scabellum pedum Domini, ut non solum non peccemus adorando, sed peccemus non adorando.* Et Ambrosius lib. 3. de Spiritu sancto cap. 14. super eadem verba sic ait: *Per scabellum, terra intelligitur; per terram autem caro Christi, quam & hodie in mysteriis adoramus.* Similia tradit Chrysostomus homil. 24. in 1. ad Corinthios: *Hoc corpus (inquit) faciens in presepio reversi sunt Magi; & cum multo metu & tremore adoraverunt. Nos ergo illos imitemur. Non in presepio illum vides, sed in altari, non feminam enim tenentem, sed sacerdotem adstantem.* Denique Cyrillus Jerosolymitanus Catech. 8. Mystagog. hæc scribit: *Accede ad calicem sanguinis illius, adorationis in modum.* Unde Concilium Tridentinum sessione 13. cap. 5. latrice cultum pro more semper in Ecclesia recepto exhiberi docet.

Nec solum homines, sed & Angeli Christum in hoc sacramento adorant, & ad conspectum ipsius contremiscunt, ut discrete docet Chrysostomus variis in locis, præsertim libro 7. de Sacerdotio, ubi hæc scribit: *Per id tempus (quo nimirum Sacerdos Missæ sacrificium offert) & Angeli Sacerdoti assistent, & celestium potentatum universos ordo clamore excitat, & locus altari vicini, in illius honorem qui immolatur, Angelorum chorus plenus est: id quod credere abunde licet, vel ex tanto illo sacrificio, quod tunc peragitur. Ego vero & commemorantem quemdam audivi, cum diceret sanem quemdam, virum admirabilem: ac cui revelationum mysteria multa divinitus fuissent detecta, sibi narrasse, se tali olim visione dignum habitum a Deo fuisse: ac per illud quidem tempus repente Angelorum multitudinem conspexisse (quatenus aspectus humanus ferre poterat) fulgentibus vestibus indurorum, altare ipsum circumambulatum: denique sic capite inclinatum, ut si quis milites presente Rege stantes videret. Et homil. 3. contra Ananios, versus finem: *Tempore illo (inquit) non solum homines clamorem illum tremendum reddunt, sed etiam Angeli Domini genua flexerunt, & Archangeli rogant: habent sibi tempus ad id idoneum, habent sacram illam oblationem in favore. Itaque ut homines ramos olearum gerentes, movere Reges consueverunt, eoque arboris genere misericordiam commemorant & humanitatem: sic Angeli tunc pro ramis oleagineis,**

H. 4



his, corpus Domini ipsum protendentes, rogans pro genere humano, quasi dicitur: pro his Domine rogamus, quos tu ad te dilexisti; ut pro eorum salute moreris ebrides, animam in cruce efflaret; pro his supplicamus pro quibus ipse tuum sanguinem es sanguinem: pro his oramus, pro quibus corpus hoc immolasti, Similia docet D. Gregorius libro 4. dialog. cap. 58. his verbis: Quis fidelium habere dubium possit, in ipso immolationis hora, ad sacerdotis vocem calces aperiri, in illo Jesu Christi mysterio Angelorum Chores adesse, summa imis sociari, terrena calibus jungi, unum quoque ex visibilibus atque invisibilibus fieri?

Nec solum Angelos sponte adorare Christum positum in altari, sed etiam demones cogi illum adorare, tradit Chrysostomus homil. citata contra Anomæos: et Agostinus (inquit) Diaconus tempore ille adducit, et jubet caput tantum inclinare, atque illo corporis gestu supplicare.

Quarto, Sancti Patres æquiparant presentiam Christi sub speciebus, illi quam habuit in locis in quibus non dubitauerunt fuisse substantialiter: puta Christus fuit substantialiter in presepio: At Sancti Patres æquiparant presentiam quam Christus habet in altari, ei quam habuit in presepio: Chrysostomus enim in Oratione de S. Philogonio hæc scribit: Si cum hæc accesserimus, præcelsi dabo videmus eum in presepio jacentem: nam hæc mensa vicem exples præsepis, squisidum & hic ponitur corpus Domini, non quod non fuerit involutum, sicut tunc, sed undequaque spiritus sancto convestitum. At Magi quidem nihil aliud quam adoraverunt: sibi vero si cum pura accesserit conscientia, permittimus ut sumas, et sumpto, datum abbas. Similia docet Theodoretus Ancyanus in Oratione de Nativitate, recitata in Ephesino Concilio.

Item, Christus est vere & substantialiter in throno cæli: At idem Chrysostomus homil. 24. in 1. ad Corinthios versus finem, æquat presentiam quam Christus habet in altari, ei quam habet in cælo, docetque per consecrationem sacrorum mysteriorum Eucharistia, terram fieri quodammodo cælum, & hoc ipsum quod pretiosissimum est in cælo, in terra collocari. Verba ejus sunt: Hic terram sibi cælum facit hoc mysterium. Apertus ergo cæli portas, et perspicit, et tunc videt quod dictum est. Nam quod illic est omnium pretiosissimum & maxime honorandum, hoc ostendit sibi istum in terra. Sicut enim in regia id quod est omnium magnificentissimum, non parietes, non tellus aureum, sed corpus Regis sedens in solio. Sed hoc sibi nunc licet videre in terra. Non enim Angelos, nec Archangelos, neque celestes, & cælos cælorum, sed ipsum eorum ostendit Dominum, vidisti quemadmodum quod est omnium præstantissimum & maxime honorandum videt in terra: neque solum videt, sed etiam tangit, sed etiam comedit; et eo accepto, domum reverteris.

Quinto, SS. Patres docent in Mysterio Eucharistia reperiri plura divinæ omnipotentia miracula, ex quibus realis & substantialis corporis Christi presentia sub speciebus facris, manifeste colligitur. In primis enim dicunt esse miraculum omnipotentia Dei, quod Christi corpus jam roties & a tot hominibus manducatur, non sit consumptum. Ita Nyssenus in oratione Catechetica cap. 37. supra citato, ubi considerandum esse ait, quomodo possit unum illud corpus quod tam multis fidelium toto orbe temper distribuitur, totum esse in unoquoque, & ipsum in se totum manere. Et respondet id fieri virtute benedictionis, in illud transelementata eorum que apparent natura. Idem miraculum discrete commendavit beatus Andreas Apostolus, qui (ut supra articulo secundo retulimus) Proconsuli Romano hortanti ut diis suis immolaret, respondit: Ego omnipotenti Deo, qui verus & vivus est, quicquid immolat, non taurorum carnes, nec hircorum sanguinem, sed immaculatum agnum in altari, cujus carnes postquam omnis populus manducaverit, agnus qui sacrificatus est integer perseverat, & vivus. At non esset miraculum, quod fide perceptum corpus Christi, non sit consumptum, nam fidei manducatio non potest destrere suum effectum: Ergo SS. Patres censent: corpus Christi, non solum spiritualiter, & per fidem, sed etiam vere & substantialiter, a fidelibus in Eucharistia usu manducari.

Deinde SS. Patres dicunt esse miraculum omnipotentia Dei, quod corpus Christi quod est in cælo, sit simul in terra, atque in ea variis in locis existat. Ita Concilium Nicanum primum, cap. de sacra mensa. Chrysostomus libro 3. de sacerdotio, ubi sic exclamavit: O miraculum! O Dei benignitatem! qui cum Patre sursum sederet, eodem articulo temporis, omnium manibus pertrahatur. Et homilia 2. ad populum Antiochenam, in fine: Elias multum discipulo reliquit: Filius autem Dei ascendens, carnem suam dimisit: sed Elias quidem exaruit: Christus autem & nobis reliquit: & ipsum habens ascendit. Basilium in Liturgia: Veni ad sanctificandum nos, qui sursum Patri consistis, & hic nobis invisibiliter existis: Demum Gregorius Nyssenus Orat. de Paschate: Sicut divinitus populo mundum, & sanon una est, in innumerabilibus locis corpus Domini con-

secratur, & tamen unum Corpus est. At non est miraculum omnipotentia Dei, Corpus Christi esse in cælo realiter & corporaliter, & in terra per figuram & representationem: Ergo SS. Patres censent corpus Christi non mystice, & figurative, sed vere, realiter, & substantialiter in Eucharistia residere.

Idem SS. Patres dicunt fuisse miraculum, quod Christus ferebat se manibus suis, quando dicebat, Hoc est corpus meum: At nullum esset miraculum ferre manibus suis symbolum sui representativum, hoc enim homines facere possunt: Ergo idem quod prius. Minor patet. Major vero probatur ex August. in Psal. 33. ubi tractans locum, ubi juxta Septuaginta legitur de Davide 1. Regum 21. ferebatur in manibus suis, subdit: Hoc fratres, quomodo fieri posse in homine, qui intelligit? Quis enim portatur in manibus suis? Manibus alienis potest portari homo, manibus suis nemo portatur. Quomodo intelligitur, in ipso Davide secundum litteram non invenimus: in Christo autem invenimus: ferebatur enim in manibus suis, quando commendat: ipsum corpus suum ait, hoc est corpus meum, ferebat enim illud corpus in manibus suis. Certe quemadmodum nihil hac oratione Angelus luculentius nec elegantius dici potuit, si Christus reipsa & substantialiter in Eucharistia presens sit; ita nihil absurdius aut ineptius proferri potuit, si sacramentum Eucharistia sit tantum figura & symbolum corporis Christi, nullus enim est, qui suis manibus sui symbolum aut effigiem gestare non possit.

Præterea SS. Patres dicunt, esse miraculum soli divinæ omnipotentia, non minus quam creationem cæli & terre possibile, quod panis efficiatur corpus Christi: Sed ut panis efficiatur corpus Christi, metaphoricè tantum & symbolice, non esset opus actione divinæ omnipotentia propria, sufficeret enim sola relatio rationis, & institutio; quemadmodum non actione divinæ omnipotentia, sed sola relatione rationis, institutio Agnus Paschalis, Manna, Panes propositionis, & similia, representant corpus Christi. Ergo SS. Patres censent, panem per verba consecrationis, vere & substantialiter converti in corpus Christi. Minor patet, Major vero variis SS. Patrum testimoniis ostenditur: Cyprianus enim Sermon de Cæna sic ait: Panis iste non effugit sed natura mutatur: omnipotentia Verbi factus est caro, &c. Nillessus Orat. Catech. cap. 37. Deus hæc dat virtute benedictionis, in illud (corpus nempè Christi) erans elementata eorum que apparent natura. Ambrosius lib. 4. de Sacram. cap. 4. querit, quomodo fidei perscrutari possit quod accipiat corpus Christi? Et respondet id fieri, quia omnipotenti Verbo Dei, panis incipit esse corpus Christi, qui ante consecrationem erat panis, quemadmodum Verbo Dei factum est cælum, facta est terra &c. Non eras (inquit) cælum, non eras terra, ipse dixit, & facta sunt. Et ego tibi dico; ante consecrationem que peragitur verbis ipsius Christi, non eras corpus Christi, sed ipse dixit & factum est, ipse mandavit & creatum est, Similia habet in libro de iudicandis cap. 9. ubi ait: Ecce dicit, aliud video; & quomodo tu mihi asseris quod corpus Christi accipiam? hoc ergo nobis superest ut probemus, id quod accipit non esse id quod natura formavit, nempè panem, sed majorem esse vim benedictionis quam natura, quis ejus benedictione natura ipsa mutatur. Virgum tenebat Moses, projecit eam, & facta est serpens, &c. De totius mundi creatione legitur, ipse dixit & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt. Sermo ergo Christi qui potuit ex nihilo facere quod non erat, potest ea que sunt in id mutare quod non erat. His adde Gaudentium Brixianum tract. 2. in Exod. cujus hæc sunt verba: Creator omnium qui omnipotentia sua de terra panem creavit, de pane rursum efficit corpus suum; & qui olim aquam convertit in vinum, vinum jam in sanguinem convertit. Idem fultus explicat Damascenus lib. 4. cap. 14. his verbis: Quisvis Virgo, quomodo fiet mihi istud? Respondit Gabriel Archangelus: Spiritus sanctus supervenit in te. Tu quoque nunc queris, quomodo panis nunc fiat corpus Christi, & vinum aqua mixtum, fiat sanguis Christi? Tibi quoque respondeo: Spiritus sanctus supervenit: eaque efficit que orationis facultatem & mentis intelligentiam excedunt. Et post pauca: Quod si queras quo pacto id fiat, satis tibi se videt, quod per Spiritum sanctum id fiat. Quomodo ergo sancta Dei Mater, per Spiritum sanctum Dominum sibi ipsi carnem condidit, nec quidem amplius nobis perspicuum & exploratum est, quam quod Verbum Dei est verum, & efficit, atque omnipotens, ut ea efficit que nulla ratio humana queat indagare. Quis hæc quæsit alienum fuerit dicere, quod quemadmodum naturaliter panis, per manducationem, & vinum & aqua in bibentis, ut accenditur corpus & sanguinem immutatur: Sic panis & vinum qua proponuntur in altari, per sancti Spiritus invocationem & adventum, mirabili modo in Christi corpus & sanguinem convertitur.

Ultimum argumentum ex SS. Patrum auctoritate desumptum, petitur ex eo quod SS. Patres ex veritate presentia realis corporis & sanguinis Christi in Eucharistia, tanquam ex certissimo fundamento, & notissimo fidei articulo, argumentatur contra varios hæreticos, ad illos

rum errores confutandos. Sic Hilarius 8. de Trinit. probat contra Arianos, Patrem & Filium esse unum, non tantum unitate voluntatis & affectus, sed etiam unitate reali & naturalis; quia nos cum Filio unum efficiamus, reali & naturalis; quia conjunctione corporum, in Eucharistia sacramento: Vere (inquit) cibo dominico Verbum carnis sumimus, naturamque carnis sue, sub sacramento nobis admiscuit. Et paulo post: Itæ idcirco a nobis commemorata sunt, quia voluntatis tantum inter patrem & filium unitatem Heretici mentientes, unitatis nostræ, ad Deum utebantur exemplo tanquam nobis ad Filium & per Filium ad Patrem obsequio tantum ac voluntate religionis unitis, nulla per sacramentum carnis & sanguinis naturalis communione proprietate indulgeretur. Irenæus similiter libro 2. contra hæreses cap. 2. probat contra Gnosticos Christum venisse in vera carne: quia (inquit) alioqui neque calix Eucharistia, communione sanguinis ejus esset, neque panis quem frangimus, communicatio corporis ejus. Sanguis enim non est, nisi a venis, & carnis, & a reliquis, que est secundum hominem, substantia. Item idem Irenæus, Cyrillus Alexandrinus, Gregorius Nyssenus, alique Patres, simili argumento utuntur ad probandum carnis resurrectionem, cujus semen accipimus, & jus ad illam spectat, per conjunctionem realem corporis nostri cum corpore Christi, que fit in sacramento Eucharistia, quod idcirco resurrectionis semen, & immortalitatis antidotum, a SS. Patribus appellatur.

ARTICULUS VI.

Ratio Divi Thomæ exponitur.

Tres rationes seu congruentias, ad ejusdem veritatis Catholicæ confirmationem, affert Divus Thomas hic q. 75. art. 1. quarum prima, & præcipua, desumpta ex figuris Eucharistia que fuerunt in antiqua lege, potest sic proponi. Si Eucharistia sit tantum signum seu figura corporis Christi, nec ipsum continet, non erit præstantior, in ratione sacramenti, quam Manna, vel Agnus Paschalis, aliaque veteris legis sacramenta: Sed hoc dicitur inquit. Ergo &c. Minor patet, umbra enim & figura sunt quid ignobilis & inferioris corpore figurato: Manna autem, & Agnus Paschalis, erant umbra & figura Eucharistia, ut passim docent SS. Patres, ait enim Origenes homil. 7. in lib. Numer. Tunc in antiquitate erat manna cibus: nunc autem in specie caro Verbi Dei est verus cibus. Et Hieronymus in cap. 1. Epistolæ ad Titum: Tantum interest inter panes propositionis & corpus Christi, quantum inter umbras & corpora, inter imaginem & veritatem, inter exemplaria verorum, & ea ipsa que exemplaria præfigurabant. Item Leo Papa ferm. 7. de Passione Domini sic ait: Ut ergo umbra cedente corpore, & cessante imagine sub presentia veritatis, antiqua observantia novo excluditur sacramento; hostia in hostiam transiit, sanguine sanguis auferatur, & legalis festivitas, dum mutatur, impletur: Christi scilicet carne & sanguine substituitis Agno Paschali, & sanguini ejus. Major vero in qua est difficultas, & quam negant Hæretici, facile suadet. Manna enim quod de cælo cadebat, & Angelorum artificio mirabiliter fiebat, præstantius erat pane communi, qui de cibano prodit, & manu piscorum fit; perfectius etiam corpus Christi representabat, quam panis, tum quia de cælo erat, Psal. 77. tum etiam quia saporem mirabilem continebat, Sapient. 16. & equali mensura fovebatur ab omnibus, licet inæqualiter colligeretur, Exod. 19. tum denique, quod incurribile erat die sabbati, per quod representabat corpus Christi non corrumpendum in sepulchro die sabbati. Idem a fortiori dicendum de Agno Paschali, nam melius caro Christi, per veram carnem Agni expeimebatur, mors per veram ejus mortem, & sanguis per sanguinem, quam per solum panem, vel panis fractionem: Ergo si Eucharistia sit tantum signum vel figura corporis Christi, nec ipsum continet, non erit præstantior, sed inferior, & minus perfecta in ratione signi, & sacramenti, quam Manna, & Agnus Paschalis, aliaque veteris legis sacramenta.

Respondent Hæretici, quod licet Eucharistia sit tantum signum & figura corporis Christi, nec ipsum continet, perfectior tamen est, in ratione sacramenti, Manna & agno Paschali, aliisque veteris legis sacramentis: tum quia significat Christum, ut jam acta existentem, cum tamen veteris legis sacramenta, ipsum ut futurum designant, tum etiam, quia Eucharistia, & alia nova legis sacramenta, sunt diuturniora, & usque ad consummationem sæculi duratura.

Sed contra primam responsonem sic argumentor: Si Eucharistia non sit præstantior veteribus sacramentis, nisi quia est Symbolum Christi actum jam existentis, sequitur totam illam excellentiam esse communem statim & imaginibus Christi modo depictis, utpote que etiam representant Christum jam in cælo existentem; & consequenter imagines illas esse præstantiores omnibus sacramentis legis Moisaica.

Deinde, Si Eucharistia ideo solum sit præstantior sacramentis veteribus, quia significat Christum jam natum, passum, mortuum, & in cælis regnantem, non erit nobilior Baptismo, utpote quod est signum passionis, sepulture, & resurrectionis Christi: Sed hoc falsum est, etiam apud Sæctarios. Ergo & illud.

Secunda quoque responso inutilis est, duratio enim ac diuturnitas pertinet solum ad dignitatem accidentariam, nos vero de substantiali hic agimus, ad quam impertinet omnino se habet diuturnitas major vel minor: homo enim v. g. quamvis non habeat ita durabilem & diuturnam existentiam, sicut lapides, absolute tamen & simpliciter, est longe nobilior quibuscumque lapidibus.

ARTICULUS VII.

Aliud argumentum desumptum ex disparitate fidelium novi testamenti ab antiquis, in manducatione corporis Christi, ut panis calestis.

Hoc argumentum sumitur ex verbis Christi, promittentis Joann. 6. f daturum fidelibus novi testamenti carnem suam manducandam, modo aliquo, quo fideles veteris testamenti illam non manducaverunt, ait enim: Non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dedit vobis panem de cælo verum. Panis enim Dei est qui de cælo descendit, & dat vitam mundo. Patres vestri manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cælo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit, non morietur, &c. Ex quibus verbis constat, fideles novi testamenti, post descensum Christi de cælo, esse quoad manducationem corporis Christi, ut panis calestis, in conditione diversa, ac multo meliori, quam fuerint Patres antiquæ legis: Sed talis diversitas salvari nequit, nisi dicatur fideles novi testamenti, realiter & substantialiter manducare carnem Christi adorandam, sub signis sensibilibus panis, & sub speciebus Eucharisticis contentam, sicut Ecclesia Catholica docet: Ergo ita sentiendum est. Major patet, Minor vero subsumpta probatur: quia nisi ita corpus Christi manducemus, fuerunt nobis pares fideles veteris testamenti, quoad illam manducationem, tum quia manducaverunt Manna, & Agnum Paschalem, quæ, ut ostendimus articulo precedenti, fuerant excellentiores figura corporis Christi, quam panis communis, hominum arte confectus: tum etiam, quia Patres qui Manna in deserto manducaverunt, in Christum crederent, subindeque spirituali manducatione per fidem, corpus ejus comederunt: Sed præter manducationem oralem signorum, & manducationem mentalem corporis Christi per fidem, in quo Patres veteris testamenti, nobis pares fuerunt, nihil aliud restat in quo simus dispares & diffimiles, nisi realis manducatio corporis Christi: Ergo ut salvetur disparitas inter Patres antiquæ legis, & fideles novi testamenti, quoad manducationem corporis Christi, ut panis calestis, & verba Christi supra relata verificentur, dicendum & fatendum est, nos vere, realiter, & substantialiter manducare corpus Christi in Eucharistia, & fideles veteris testamenti illud solum figurative aut mentaliter per fidem manducasse, juxta illud Apostoli 1. ad Corinthios 10. Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt, in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritalem manducaverunt, & omnes eandem potum spiritalem biberunt. Unde egregie Ambrosius libro de iis qui initiatur cap. 9. Considera verum præstantior sit, panis Angelorum, an caro Christi, que utique est corpus v. g. Manna illud de cælo, hoc supra cælum. Illud cæli, hoc Domini calorum. Illud corruptioni obnoxium, si in diem alterum servaretur, hoc alienum ab omni corruptione, quod quicumque religiose gustaverit, corruptionem sentire non poterit. Et ibidem supra dictum discrimen quod inter fideles novæ legis, & Patres veteris testamenti reperitur, expendens, sic ait: Illis aqua de petra fluxit, tibi sanguis & Christus. Illis ad horam aqua factavit, te sanguis dicit in æternum. Induas bibis & sitis, tu cum biberis, sistræ non poteris: illud in umbra, hoc in veritate. Et libro 4. de sacramentis capite 4. Magnum quidem (inquit) & venerabile, quod Manna Judæis pluit de cælo; sed intellige quid est amplius, Manna de cælo, an corpus Christi, utique qui est auctor cali? Deinde Manna qui manducavit, mortuus est, qui manducaverit hoc corpus, fiet ei remissio peccatorum, & non morietur in æternum. Similia docet Salvianus libro 2. ad Ecclesiam, his verbis: Judæi quippe habebant quondam umbram, nos veritatem: Judæi Manna manducaverunt, nos Christum: Judæi carnes avium, nos corpus Dei: Judæi primum celi, nos Deum celi.

Respondent primo Hæretici, apud Bellarminum lib. 1. de 48 Eucharistia cap. 4. discrimen fidelium novi testamenti ab antiquis esse in eo situm, quod fidelibus novæ legis datur signum sensibile representans clarior corpus Christi, puta cum verbis, quibus non constabant sacramenta veteris testamenti. Sed hæc solutio facile refellitur, tum quia Manna & Agnus Paschalis longe melius & clarior representabant corpus Christi, ut articulo precedenti ostensum est: tum etiam,